DE

TALIPEDE VARO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS CHIRURGICO-MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,

UT SUMMI

IN UTRAQUE MEDICINA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

PUBLICE DEFENSURUS EST

DIE XXVII. M. AUGUSTI A. MDCCCXXVII

H. L. Q. S.

AUCTOR

BERNHARDUS BRUNS

HANNOVERANUS.

OPPONENTIBUS:

H. ALBRINCK, MED. DD.

J. BREVIS, MED. CAND.

F. ROTERS, MED. DR.

CUM TABULA AENEA.

BEROLINI.

FORMIS BRÜSCHCKIANIS.

VIRO CLARISSIMO

HEINRICO ROLING

HYSICAE ET ASTRONOMIAE PROFESSORI P. O.
IN FACULTATE PHILOSOPHICA MONA-
STERIENSI.

NEC MINUS

FRATRI DILECTISSIMO

HERMANNO BRUNS

SACRORUM CURATORI

HASCE PAGELLAS

CEU ANIMI GRATI AC REVERENTIS

SPECIMEN

D. D. D.

AUCTOR.

Introductio.

Quum iam in eo essem, ut dissertationem in-
guralem conscriberem, diu me incertum hae-
sse, confiteor, quam materiem ex immenso
erarum medicarum compo mihi eligerem. Odi
initio vana commenta, quibus inania captant,
i experientiam et omnia lucem inde accipientia
lipendunt; quocirca nemini mitum erit, me
c consilium coepisse, ut de re exponerem,
nem excludente sublimitatem, stabili experien-
e solo innitente, nec unquam ad alta emergente.
od licet plurimis taedio sit, qui vulgare dicendi
nus abhorrent, deformitatem tamen, quam va-
m vocamus, et cuius curatio hoc demum no-
o aevo prospere successit, describere malui,
am, capta sublimiori et plane inutili materia,
li elegantia et sermonum pigmentis superbire.
enim celeberrimus Dr. Blömer, quem in ami-
habeo, cum novam curandi rationem et ma-
inas invenisset, quibus feliciter saepius varum
lit, interrogabat me, vellemne eas, hac occa-
ne data, publici iuris facere. Annui, et pen-
ans, hunc illumve hominem, varo correptum,
straque carentem medela, eodem modo et sine
gnis impensis curari posse, hunc laborem bono
imo suscepi. Quanta adultorum multitudo sub
los nostros cadit, quos per omnem vitam hoc
ium trahit, quique teneriori aetate sanari po-
ssent! Quod ante aliquot decennia et vari cu-
io parum agitaretur et plurimae ceterarum
tium, praesertim trunci deformitates a meden-
us negligerentur, partim iis adscribendum est,
i curationem earum molientes, spissis involve-
nt tenebris, quomodo id facerent, sicque po-

steritati parum provisum; partim medici ipsi accusandi sunt, qui hos miseros despiciebant; multis enim eorum curandi tempus nimis longum, haud pauci eo dementiae processerant, ut haec omnia dignitate sua longe inferiora autumarent et hos aegros graviter praeterirent, utpote neutiquam sanandos. Hinc declarandum, vel peritissimos medicos chirurgosve suo iure de vari curatione dubitasse; huius rei causam in eo etiam habebimus, quod tales curationes minus prospere perficerentur, nulla vero afficimur admiratione, ponderantes, neminem aptis fasciis aut machinis usum fuisse, unumquemque eas inepte applicasse, omnemque ab machinis sperasse salutem, reiectis iis, quibus curationem mirum in modum iuvantibus in damnum aegrorum caremus. Nostra demum aetate hoc malum, de quo noster omnis erit sermo, et multas alias deformitates feliciter debellatas fuisse, gloriamur, quid quod curationes nobis ob oculos versantur, quibus antea nemo animum applicasset, quum haec mala immedicabilia crederentur. Neutiquam autem contendam, vari curationem pro summo artificio habendam, et machinas, huic scopo dicatas, difficillime inveniendas esse et excogitandas, imo qui mechanicem callet, minima inde difficultate premetur; neque vero facillimum hoc esse scitote, etenim quod machinas attinet, hae inter curationem sensim sensimque mutantor, prout pedem malo implicitum in hac medela ad normam progredientem videmus. Hic maxima prudentia opus nobis est, ne aut fortius aut mitius agamus. Quodsi machinae efficaciam gradatim exaltare volueris, vis elastica haud raro in diversos locos transponenda est. Ad quod accedit, praesidia in curatione fusius descripta, rite interponenda esse, ita nt ab initio ad terminum usque curationis bene sibi succedant, et, prout poscit pedis conditio, nunc sint lentiora, nunc vehementiora.

Diagnosis.

es e compluribus ossibus compositus, in naturali configuratione faciem praebet in longitudinem por- tam, superne convexam, inferne concavam. Ita au- n collocata sunt ossa tarsi, ut musculorum inserti- e multisque ligamentis, quibus connectuntur, pes ipse, quibuscunque causis id fiat, antagonismus tollitur, fa- ime a normali positu deflectat et mutiletur. Fre- entissima pedis mutilatis talipes varus vocatur; quod um id peculiare habet, ut pes ad longitudinem tor- eatur, ita, ut margo eius exterior introrsum et deors- , interior sursum procedat, calce digitisque sursum tractis et ita ad semet accedentibus, ut, si uterque eodem vitio correptus est, et utriusque digiti sibi con- tantur. Dum calx et digiti ita sibi appropinquant, in nta pedis complures plicae oriuntur, quarum una ecipue, evoluto maxime vitio, in conspectum venit, uno pedis margine ad alterum tendens. Certius et e in omni varo alteram plicam videbis, a posterio- us ad anteriora directam, et, excavato secundum gitudinem pede, exortam auctamque in iis aegris, eo valetudinis iam processerunt, ut stare iterum pedibus niti queant. Malleolus internus aut pror- deesse, aut magis antrorsum spectare, externus ad teriora magis deflexisse videtur. In exteriore mar-

gine, et quidem in eo eius loco, ubi os cuboideum cum calcaneo et quinto metatarsi osse committitur, eo aegros, qui facultatem ambulandi recuperarunt, clavus vexat, quoties pedibus insistunt, inde profectus, quod totius corporis pondus eundem in locum vergebat. In dorso pedis haud procul ab articulo, quo cum crure coniungitur, protuberantia apparet, quae a capitulo tali dependit, quaeque, ut distinctius loquar, eum locum occupat, ubi exteriorem ossis navicularis marginem in naturali statu deprehendimus. Tendo Achillis tantopere contrahitur, ut chordam aequet tensissimam simul a calcaneo, qua est ad eum ratione, extrorsum et sursum progreditur. Pes omnis, impedito sanguinis in eo circuitu, contabescit, suetum calorem amittit, in adultioribus atrophia vehementer laborat, et, quia musculi eius, tendines, atque ligamenta contrahuntur, longitudine sensim decrescit.

Haec sunt in universum characteristica vari signa neque tamen omnia requiruntur ad probandam illius existentiam, eorum quaedam deficere interdum consueverunt, plurima autem semper adesse invenies.

Aetiologia.

Auctores, qui de varis scripserunt, et, in iis sanandis occupati, occasionem sunt nacti, dissecandi eos neque in eorundem definitionibus, neque in iis, quae dissectione patefecerant, consentiunt, ut certe operae pretium esset, omnes secum conferre, quod licet vel meum esset, imparem tamen me iudico huic negotio cum nullos unquam varos dissecuerim, sed observarim tantummodo atque tractaverim. Ab ulterioribus igitur dissectionibus sperandum est, fore, ut rem adhuc obscuram dilucident, tunc forsan pro vero nunciabuntur haac 1) Hippocratis verba: „modus mutilationis non

1) Liber de articulis.

s est, sed plures. Plurima quidem non sunt elux- sed per figurae consuetudinem in quadam pedis rceptione mutilata." Quae cum ita se habeant et ia iudicia discrepent, nec Wanzelii, nec Scarpae, Iörgii descriptionem diiudicare possum, et potius, e vera sit, periti huius rei viri evicturi sunt. Quod genesin vari attinet, scriptores in ea explicanda ma- dissentiunt, quam in anatomicis vari descriptonibus, quosdam repererim, qui genesin huius vitii in os- s, alios, qui eam in musculis et vinculis, alios, qui nervis eandem collocarunt, et alios denique, qui ge aliter hoc vitium existere crediderunt. In iis morbi originem ex pedis ossibus repetunt, eminent aumburg, (2 Brückner, (3 Brüninghausen et (4 Scar- hi viri contendunt, ossa ab initio distorta et sub- m inter musculos vinculaque aequilibrium ex hac orsione derivandum esse.

(5 Wanzel autem, quem altius hanc in rem inquisi- e exspectamus, cum ipse in iuventute varis laborarit Venel, celebriore Helvetiae medico, curatus sit, tali lo varum dissectum describit: „es bestätigt mir da- auch dieser Fall, was schon viele andere und vor- ich anatomische Untersuchungen zur Gewissheit ge- ht hatten, dass nämlich das Wesen dieser Verdreh- weder blos allein in einer Verschiebung des Schiff- s, wie Brückner behauptet, noch weniger blos in r falschen Richtung des Sprungbeins gegen die ti- wie viele Andere vor und nach ihm annahmen,

---

Abhandlung von der Beinkrümmung. Seite 120.

Natur, Ursachen und Behandlung der einwärts ge- mmten Füsse Seite 23.

ichter's chirurgische Bibl. 15. Bd. 4. Stück. S. 622. ff.

Chirurgische Abhandlung über die angebornen krum- Füsse der Kinder, a. d. Ital. von Malfatti Seite 13.

arnemanns Magazin für die Wundarzneikunst. 2. Bd. tuck, Seite 283.

besteht. Die ganze Krankheit ist eigentlich eine mi starker Extension verbundene starke Adduction samm den nothwendig hieraus entspringenden Folgen."

Similiter (1 Düverneyus hanc pedis deformitaten ab inaequali musculorum et ligamentorum tensione de pendere credit, haec enim nimis extensa pedem addu cere, dum alii musculi et ligamenta valde relaxata i id solummodo incumbant, ut vitiosam directionem quam pes sibi vindicarit, sequantur.

(2 Iörg etiam originem huius vitii in disproportion musculorum et ligamentorum consistere statuit.

Van der Haar et Dionis arbitrantur, varos a ma tribus ad infantes abire posse, si illae, dum uterun gererent, homines eo vitio foedos conspexerint et ean exinde animi affectionem admiserint, quam vernacul lingua Versehen vocamus.

Ambrosius Pareus, eos a mala matrum consuetu dine proficisci, asserit, qua graviditatis tempore, cru ribus ad instar crucis impositis, sedeant.

(3 Richter casum narrat, ubi eadem deformitas quae in patre post partum orta erat, et in filio obser vabatur. — Dr. Blömer plures vidit homines varo cor reptos, quorum parentes ex eodem vitio laboraverant Ipse observavi, hanc pedis deformitatem quasi articu lum catenae transiliisse et in nepote demum, qui av eidem vitio implicito simillimus esset, rursus apparuisse

His observationibus edocemur, haec vitia pariter ac alios morbus, proli ingenerari posse, quod, quo modo declarandum sit, incompertum adhuc est.

Comper credit, has curvaturas inde deducenda esse, quod pedes foetus utero inniterentur sicque pre merentur. Negari quidem non potest, vitiosam pedun

---

1) Traité des maladies des os Tom. 2. Chap. 3.
2) Über Klumpfüsse pag. 34. sq.
3) Blumenbach's med. Bibl. 1. Bd. 4. St. S. 730.

tionem malas sequelas adducere posse, attamen, cur hac ratione mutiletur, cum aliae partes, eidem pres- obnoxiae, naturaliter conformatae appareant, diffi- me intelligitur.

Imo nihil valet haec opinio, cum. (1 Rudolphi has rmitates in foetibus trium quatuorve mensium ani- verterit, ubi de tali pressu vix sermo esse potest. dsi ponderamus, prolem in utero variis morbis pa- , si magnum insimul nervorum in musculos influx- consideramus, si denique ex morbis (2 nervosis post um varos nasci videmus, facere non possumus, quin um deformitatum causam (3 nervis praecipue adiu- us, qui, quibuscunque causis id fiat, musculos contractiones impellunt; cum autem plurimi mus- rum tibiali pedis lateri inserantur, his etiam tan- est in antagonistas imperium, ut praevaleant, ossa m vi obedientia ex normali positu rapiant, sicque varos causam praebeant. Quae opinio maximam tatem habere mihi videtur, cum, omnibus talium otorum matribus diligenter interrogatis, mihi res- ieretur, eas per graviditatem vehementissimos pro- notus, imo dolorificos subinde sensisse.

Post partum hoc malum e pluribus causis nasci uevit, e. g. ex vulneribns, ulceribus, dyscrasiis et algiis. (4 Ambrosius Pareus putat, illud a prava ntum involutione et gestatione oriri posse; (5 Heister ntrario asseverat, illud propterea existere, quod ntes maturius pedibus nitantur, atque incedant

---

Grundriss der Physiologie. pag. 323.
Jörg über Klumpfüsse pag. 8.
Rudolphi. l. c. p. 323. sq.
Wundarzneykunst oder Arzeneyſpiegel. pag. 949. kt. a. M. 1601.
Institutiones Chirurgiae pars secund. pag. 1106. Am. 1739.

Prognosis.

Cum prognosis priscis temporibus et medico, qu eam pronunciabat, et aegrotanti, cui pronunciabatur haud laetam spem promitteret; magno nobis est gaudio nos hac demum aetate eo pervenisse, ut fausta pler- umque dici queat. Ad faustam autem prognosin se- quentia momenta requiruntur:

I) aetas iuvenilis, quo iunior homo, eo melior pro- gnosis; attamen in universum aetatis anni, qui bonum praesagium admittunt, determinari nequeunt, ea scili- cet de causa, quia, donec reproductio praedominetur magna spes est, fore, ut malum debelletur.

II) pedis figura haud adeo manca atque mutata ut desorganisationes timeamus; hinc elucescit, muscu- los et ligamenta hactenus salva atque integra esse de- bere, ut nec tabuerint, nec in osseam substantiam con- versa sint; ossa etiam singula, ubi laetam prognosin speremus, nondum ita manca esse posse, ut naturalem formam amiserint.

Ubi mala sit, aut infausta prognosis, ex dictis par- tim liquet. Mala fere erit:

I) in iis hominibus, qui aetate iam provecti sunt; ubi igitur ossa et partes ipsis circumdatae reproduc- tionis legi haud amplius obediunt, et malum ipsum arcto quasi vinculo cum organismo cohaeret.

II) in organicis aut mollium aut solidarum parti- um destructionibus.

III) in perfecta ossium tarsi anchylosi.

In dyscrasiis perseverantibus prognosin non omni- no quidem malam, attamen dubiam statuamus, quia, nisi dyscrasiam debellaverimus, malum radicitus tol- lere nequimus.

Quantam temporis longitudinem poscat perfecta vari curatio, in genere definiri non potest, quia hic multa sunt consideranda; nam respiciamus necesse est aetatem, ipsius deformitatis gradum et constitutionem;

etiam plurimum interest, utrum aegrotus praecep-
medici strenuo se adstringat, nec ne; unde non
um erit, nonnullos aegros intra duos menses sanari
e, alios vero, praeterlapso uno, et quod supersit,
o, sanitatem demum recuperare.

Therapia.

Quum, ut supra docuimus, morbus ipse in prae-
aturali pedis directione consistat, quae in nimia
culorum et vinculornm contractione causam habet,
e intellecturi sumus, summum curationis in eo esse
ocatum, ut pedem in naturalem situm reducamus
a eo contineamus. Hoc perpetrabimus:

I) si musculos et ligamenta contracta relaxare et
llire studemus,

II) si musculorum et ligamentorum relaxatorum
nem exaltamus,

III) si aptas contrectetiones instituimus et eas mn-
as et vincturas applicamus, quibus et pedem et
, e suo situ elapsa, in naturalem positionem reve-
as, in eaque conservamus. Quibus indicationibns
entia indicata optime respondebunt.

Ut cutis, musculi, vinculaque relaxentur, calore
ido, pinguedinibus et oleis unguinosis nihil salu-
s est.

Calore humido utimur, dum
pediluvia imperamus. Quem ad finem pedem aegro-
per semihoram ad genu usque in balneo egelido
cillamus, cui tamen vas destinamus, satis amplum, ut
us artificis artum contrectare possit. Quibus contrec-
nibus in varo id efficimus, ut pedem ex innormali
tione in eam restituamus, quam sanitas jubet. Quodsi
r cum pede dextro nobis res esset, manu sinistra cal-
it prehensaremus, ut pollicem articulationi tarsi,
ae anteriora spectat, imponeremus, summis digitis
iori calci eique pedis parti, quae malleolo interno
cet, appressis. Dextram manum ita collocaremus,
b interioribus anticam pedis partem comprehenden-

tes, pollicem plantae pedis sub calce, volam mauus dorso admoveremus, transversaliter ad exteriora et posteriora procedentes, summi tunc digiti converso pedis dorso inniterentur. In sinistro pede manus vices alternarent, in extensione igitur manum calci firmiter apprimimus, summisque digitis calcaneum extrosum protrudimus; quod dum fit, altera manus tibiali pedis margini applicatur, ut eum depellat, et una cum superficie plantari deorsum agat; haec actio perficitur, dum pedis anterior pars, quantum fieri potest, extrorsum, tarsus vero summis digitis deorsum projicitur, atque ita pes omnis sensim sensimque elongatur. Totius autem rei cardo in eo vertitur, ut pes in balneo ipso huic artificio exponatur, et, simul atque e balneo emerserit, aliquatenus in eodem artificio persistamus; ab omni tamen impetuosa et violenta contrectatione abstinendum esse, per se patet; qui promta manu et agili gaudet, artificiis, saepiuscule reiteratis, plurimum efficiet, cum e contrario, qui non sine quadam violentia et impetu rem tractare vellet, nihil omnino efficeret, imo noceret. Initio praecipue cavendum est, ne pes violenter rotetur, quoniam tunc temporis omnes partes adhuc rigent et renituntur manui, hincque facile musculorum et ligamentosi apparatus distorsiones producuntur, quibus productis, pedis ipsius inflamatio oriri solet. Quocirca prudentis medici est, pedem sub initio curationis leniter tantummodo et lente rotare et ad vehementiores rotationes paulatim transire; si tamen curatio haecce jam per aliquot tempus duraverit, tunc utique audacius res tractanda erit.

II) universalia etiam adhibeamus balnea, ut humido calore corpus suffundatur; haec non solum in genere multum valebunt, sed inprimis etiam juniori corpori saluberrima sunt. Ceterum eidem, ac pediluvia, scopo destinantur, cum iisque eadem artificia, quae modo proposui, conjunguntur.

III) maxima salus speranda est a balneis vaporariis,

e topice adhibentur; quamvis pediluvia et balnea versalia maximae sunt efficaciae, his tamen vapora- non sunt aequiparanda; evolvuntur hi vapores in ete clauso, cui canaliculus, articulis praeditus, af- s est, qui hos vapores recipit, eique organo, quod fovere volumus, eos advehit. Quoniam horum ar- lorum ope canaliculus flecti potest, facultatem ha- ius, hos vapores pro lubitu dirigendi; sic quoque ommodo nobis erit, ut opus sit unum canalicu- movere, nec pedem, dum vapores ex hoc cauali- in aegrum pedem effunduntur; ipse eadem, ac ra ostendi, ratione contrectandus est, eidemque ar- o exponendus. Quae omnia dum strenue perfici- , mox videbimus, quauta sit salus in his balneis orariis; nam aquei vapores, impetu quodam ex ca- culo protrusi, non cutem tantummodo et partes roximas percutiunt, sed pedis interiora etiam pe- ant atque tantopere ea relaxant, quae praeterna- liter contracta suut, ut, nonnullis balneis talibus bitis, pes jam liberius moveri possit. Praeter hanc maxime relaxantem, quae vaporario balneo in- et, aliam etiam hoc sibi vindicat salubritatem, et uvio et universalibus balneis denegatam atque in tam, ut vapores tendinibus ipsis et vinculis, quae ndenda sunt, impertire possimus, dum reliquae es, relaxatione quadam saepe insignes, nihil inde ipiunt. Balneum vaporarium omnia, ut paucis di- praebet emolumenta, quibus, ut malum vincatur, mus, et equidem ausim dicere, curationem sine s balnei beneficio dimidio longius duraturam esse. Remediis emollientibus inunctiones etiam adnume- ur, ex oleis et pinguedinibus animalibus paratae; o silio unguentum neapolitanum inungitur, cui, tyalismus cieatur, tantum adipis admistum sit, ut tam vel octavam hujus unguenti partem in eo ha- us. Quodsi his emollientibus continuo utimur, e mediocrem et sensim auctam pedis extensionem

prudenter adjungimus, id assecuturi sumus, ut vis salutifera in musculos ipsos et ligamenta contracta altius descendat, quam primo intuitu exspectamus. Hoc est igitur remedium magnae efficaciae, quod facile multis aliis palmam praeripit; dummodo in strenuo ejus usu perseveremus et per diem saepius adhibeamus illud, hunc quidem in modum, ut aut simulatque aeger e balneo provenerit, aut, ni balneo usus sit, quovis alio tempore, per dimidiam circiter horam, musculis tendinibusque contractis secundum longitudinem infricetur, et membrum ad rationem contractionis inter hanc ipsam infricationem extendatur. In ceterum articulus pinguedine semper madeat, id quod optime inde efficimus, ut eum post quamlibet illinitionem panno gossypino, pinguedine imbuto, involvamus.

Quibus remediis primae indicationi, omnino satisfecisse arbitramur, ut iam ad ea pergamus, quae ad secundam indicationem pertinent. His accensemus, quae relaxatam cutim, musculos et vincula corrobare, eaque ad contractiones incitare valent; in his eminent spirituosa, quae, extrinsecus applicita, eadem vi pollent, quam internus eorum usus exserit. Quum autem inde frigus simul eliciatur, ipsa eorum potentia hactenus moderatur, ut partes organicas, contractilitate et elasticitate gaudentes, fortius constringat, quae autem constrictio, huic statui atonico maxime consentanea, haec ipsa spirituosa ad praestantissima evehit remedia. Quae tametsi ita se habent, rarissime tamen ad illa confugimus, quia rarissime eam musculorum relexationem offendimus, ut contractione indigeant; imo extensionem praecipue earum partium molimur, quas nimis esse contractas scimus.

Quibus praemissis, tertia iam restat indicatio, in eo posita, ut pes adductas rite et legitime collocetur, ossa e normali directione projecta in situm ipsis peculiarem restituantur et in eo conserventur. Quod ut perficiamus, trahendo agimus, fricando, premendo, si-

in superioribus uberius docuimus. Ne vero tam
s pes, quam singula ejus ossa istam positionem,
m perniciosam prius occuparant, denuo accipiant,
uod vix ac ne vix quidem praepediendum esset,
vincturas et machinas applicamus, quae contrahen-
continuo et extendendo has partes ipsarum noxiae
inationi resistunt. Omnia tamen remedia, huic
o dicata, rite perspicienti facile innotescet, eorum,
et quanta sint, nullum inveniri, quod votis no-
omnino respondeat, licet omnia unum idemque
stare dicantur. Inclarescet potius, ubi in usum vo-
ur, quam imperfecta demum sint omnia; nam ex-
o eo vitio, quod pedi in apta positione continen-
arum consulunt, in eo praecipue vituperanda sunt,
d plerumque tanta eorum est suppellex; ut eorun-
applicatio et adhibitio difficillimae reddantur, at-
nisi dexterrimus artifex accesserit, insuperabiles
difficultates ostendant, et inde quamlibet salubri-
n excludant. Quae cum ita sint, in pauperem
n gentem minima inde redundabit salus, quippe
homines omni fere facultate destitutos esse, haud
ramus, quae requiritur ad auxilia tanti pretii com-
nda et renovanda, si qua mutilatione intractabiles
rantur. Jamdudum igitur, ut his infimae fortunae
inibus prospiceremus, iis nobis opus fuisset reme-
quae et simpliciora sunt et minoris caritatis. Et
his quidem incommodis circumventa forent, po-
no tamen carebunt scopo, quum ita sint facta, ut
ina, quoniam deest punctum fixum, una cum pe-
apice introrsum torqueatur et calce non satis fir-
, hic ipse apex semper sursum resiliat. Hinc in-
ge dum, nos non sine eximia prudentia id agere
re, ut calcem satis stabiliamus, quod nisi fiat, ma-
ae efficacia partim certe aboletur. Hanc quidem
ausam multae machinae suo patent vituperio, et
quidem, quam acutissimum (1 Scarpae ingenium

lib. c. pag. 17 sq.

excogitavit, irreprehensibilis est, imo et hoc, quod modo memoravi, et multis aliis scatet vitiis. Fasciarum ea potissimum memoratu est digna, quam (1 Brückner descripsit; etenim omnibus praedita est virtutibus, quas fasciae praestantia poscit, eo tamen vitio excepto, quod facile recedit, nec sine maxima dexteritate applicari potest.

Has igitur res respiciens, Blömer per plures iam annos, abiecta Brückneri fascia, in hoc molo, si quam adhuc obtinet levitatem, exercet medendi rationem, quae non vinciendo solum, sed et stabiliendo pedem, agit. Hanc sequentibus verbis describam: lamina chalybea sumitur, inferiori pedis superficiei congrua, tenuis, ad anteriora et marginem externum nonnullis foraminibus munita, ut longior fascia infigi iis possit; circa eundem marginem, qua ad posteriora vergit, iuxta malleolum externum bacillus chalybeus conspicitur, vielastica armatus, extrorsum tendens et ad genu usque protractus; huius superiori parti cingulum inhaeret, quo bacillus ipse sub genu configitur. Lamina et bacillus, ne pressu noceant, molli corio obducuntur. Qui apparatus ubi apponitur, superficies plantaris, omnibus antea rite perpetratis, iuxta illam laminam chalybeam accurate metienda est et pes ipse fasciae ope cum ea continendus, ne huc illucve dilabatur, quo facto, bacillus chalybeus prehenditur et pedi eum in modum apprimitur, quam ferre aeger id potest cingulumque sub genu vincitur.

Hac ratione pedem satis firmatum, et in formam integram sensim restitutum iri, facile patet; neque difficile intelligitnr, et vel e structura huius machinae elucescit, eam tantummodo iis aegris adhibendam esse, quorum is est status, ut ire nequeant.

Quodsi autem ista pedis incurvatio iam latius patet, Blömer hanc medendi viam ingreditur: vulgarem

---

1) l. c. pag. 82 sq.

ceum (vide Fig. i.) vinciendo agentem (Schnürschuh), obstragulo suo aa malleolos superantem, usque ad llis digitos dissectum, iuxtaque hanc dissectionem se- foraminum utrimque instructum, per quae resticu- b b traiicitur, pedi firmiter adaptare studet, dum ticula illa b b valide constringitur. In media solea c calcei, e firmiori corio parati, attamen molliter farcinati, lamina haeret chalybea et pariter, ac in ori aqparatu, iuxta malleolum externum bacillus lybeus d d, qui vim elasticam habet, collocatus est, d secus, ac in priori iam ostendi, ad genu usque nsus, subque eo cingulo f f communitus. Pedi ae- to calceus ille accurate induitur, ita ut facies plan- s soleae aequabiliter incumbat; tunc calceus firmi- constringitur. Bacillus chalybeus, qui a latere erat, nc ad exteriora et anteriora inclinabit. Ad pedem ctus, sub genu munitur.

Haec machina priori fortius agit, et in omnibus aegris, sive iam gressus faciant, sive non, usum nittit.

In summo malo hac machina, Fig. 2. a. utimur, uperiore hinc illincve diversa, et quidem maxime eo: obstragulum a a cum calcis capsa b b non co- ret: haec ex lamina ferrea curvata constat, quae, mem calcem circumdans, extrinsecus corio contecta , intrinsecus molliter suffarcinata, quaeque malleo- insimul comprehendit, neque tamen adeo ad alta gitur, velut in superiore; margo superior et interior instar aggeris prominent, ita ut sub eo excavatio ntur, qua impeditur, quominus calx e calceo pro- nt, id quod alias saepissime accidit. In superiori ci capsa (locum litera c ostendit) cingulum appa- , gossypio investitum, cuius fini d fibula affixa est, quam resticula e e, in aversa illius capsae parte spicua, traiicitur et ita connectitur. Hoc cingulum em valentissime retinet, ut in calceo haereat, ac muro inclusus esset. Exterioris calcis capsae lateri

bacillus chalybeus infra adhaeret, extrorsum curvatus, elasticus, nec, ut in machina a Scarpa inventa videmus, loco cedens; hic resticula instructus est (g), quae supra pedem per fibulam h traducitur, insertam resticulae i, quae ad interiorem calcei partem, ubi halux situs est, munitur. Hoc eo spectat, ut apici incurvati pedis rectilinea directio tribuatur et ipse extrorsum protrudatur. Cum autem pes ita etiam iusta careat stabilitate, et una cum crure introrsum tendat, quamvis genu cingulo suo aliquatenus id impediat, bacillo chalybeo alter o o Fig. 2 b adiungendus est, qui inferne cochleam x habet, per foramen z penetrantem, et matrice cochleae w w firmandam. Bacillus o o ad pelvim usque ascendit, superne cingulo p p praeditus. In hoc cingulo, tanquam in fascia herniali, bacillus haeret chalybeus, elasticus et curvus, qui dimidiam fere pelvim circumcludit, atque, molli corio investitus, se ei accuratissime insinuat; resticula v hoc cingulum fibulae s ope munitur. Nunc denique punctum fixum assecuti sumus, et pes, cingulo pelvi bene adaptato, haud amplius introrsum flecti potest.

CURRICULUM VITAE
EX DECRETO GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS ADIECTUM.

;o Bernhardus Bruns confessioni catholicae addictus ns sum die vigesimo primo Mensis Decembris anno lesimo octingentesimo Lohnae, in circulo osnabrusi sitae, patre Hermanno Bruns et Catharina, de genGossling. Parentes dilectissimi ab aetate tenera me olae elementariae et adolescentulum, ut amplius erur, praeceptori privato tradiderunt. Deinde gymnan, quod Monasterii Guestphalorum floret, adivi ibi tres classes superiores frequcutavi. Anno millesimo ngentesimo vigesimo primo, gymnasio absoluto, die esimo primo Novcmbris numero civium academicofacultatis philosophicae monasteriensis a Decano ime spectabili, Professore Werneking adscriptus, hisnterfui praelectionibus: physicam, astronomiam poarem et astrognosiam cl. Roling, logicam et psychoam cl. Laymann, chemiam cl. Bodde, zoologiam cl. ig me docuerunt, prelectionibus de Taciti annalibus, Horatii carminibus et de historia literaturae germanicl. Sclüter interfui. Deinde anno millesimo octinesimo tertio in rhenanam literarum Universitatem me uli et a Rectore Magnifico cl. Augusti die decimo ndo Novembris data dextra honorem civis academissecutus, nomen apud facultatem medicam coram Demaxime spectabili cl. Nasse confessus sum. Quaper semestria Professorum ordinis medicorum praeiones audivi. Osteologiam, syndesmologiam, osteolon et anatomiam comparatam, nec non cadaverum sectioforenses cl. Weber, anatomiam cl. Mayer, botanicam Nees ab Esenbeck, pathologiam, materiam medicam, nque formulas medicas concinnandi cl. Harless, histomedicinae cl. Windischmann, physiologiam, anthrogiam, pathologiam et therapiam specialem cum exationibus clinicis conjunctam, nec non medicinam nsem cl. Nasse, chirurgiam, operationes chirurgicas inicum chirurgicum Ill. a Walther, artem obstetri-

ciam, tam theoreticam, quam practicam cl. Stein me docuerunt. Anno MDCCCXV Landishutum profectus sum, et Ill. de Krüll Universitatis Ludovico — Maximilianeae Rectore Magnifico, Decanus maxime spectabilis cl. Rainer d. II. M. Novembris in facultatem medicam me suscipit. Illic in anatomia, sectionibusque cadaverum cl. Münz, in akiurgia cl. Ekl, in praxi artis obstetriciae cl. Rainer moderatores mihi fuerunt. Patre interea mortuo, quod maxime lugeo, domum redux, ibique semestre remorans, anno MDCCCXXVI Berolinum petii et numero civium academicorum die primo Novembris a Rectore Magnifico Ill. Lichtenstein adscriptus, a Decano maxime spectabili, Professore Ill. Rudolphi in facultatem medicam receptus sum. Per hoc tempus in clinico medico Ill. Neumann, in clinicis chirurgico-ophthalmiatricis Ill. a Graefe et Ill. Rust, in operationibus ad oculum spectantibus Ill. Jüngken, in therapia speciali Ill. Hufeland, in anatomia pathologica Ill. Rudolphi praeceptores mihi fuerunt.

Quibus omnibus vivis Illustrissimis ago maximas, quas possum, gratias. Tentamine et examine rigoroso rite absolutis spero, fore, ut, dissertatione controversiisque defensis summi in utraque medicina honores mihi impertiantur.

THESES DEFENDENDAE.

I. Erysipelas est exanthema.

II. In inflammatione oculi ante venaesectionem hirudines noxiae.

III. Keratotomiam ad extrahendam cataractam in parte semilunari superiori corneae institutam Keratotomiae in parte inferiori praefero.

IV. Emetica bene adhibita non debilitant, sed roborant.

V. Historia medicinae fundamentum therapiae: qua qui caret, huic therapia incompleta.

VI. In quoque morbo constitutio aegri et anni multam meretur rationem.



Fig. 1.



Fig. 2. a




Fig. 2. b